



Universitätsbibliothek Paderborn

Cavtio Criminalis, Seu De Processibvs Contra Sagas Liber

Spee, Friedrich von

Francofurti, 1632

42. Quando tuta conscientia iudicari possit repertum cadauer à se ipso vel
Daemone iugulatum esse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11133

facile existimatū est , in quos laqueos
se induant omnes illi , qui tam futilibus
credēndi argumentis nixi , velut de me-
moria incedunt , omnium securi . Ne-
que enim est , quod ignorantia velo se
possint obtendere , qui ne ignorantia
laborarent , maximopere cauere ex of-
ficio tenebantur .

D V B I V M XLII.

*Quando tuta conscientia iudicari possit , re-
pertum cadauer à seipso vel dæmone in-
gulatum esse ?*

RESPONDEO , Id iudicari potest ex
his signis :

1. Si resti collum implicitum est .
2. Si caput obtortum est , idq; plane
in posticum , non enim sufficit si versus
humeros in vnam partem : quod notan-
dum est .
3. Si in gutture lineamenta appa-
reant , quæ pridie non fuerunt : in quo
tamen Medici iudicio opus est .
4. Si , quod sine magna vi externa ad-
hibita fieri non potuit , prima colli ver-
tebra

330 Dub.XLII. *Quando iudicari posse*
tebra emota loco est, ut retro emineat;
nam tum denique non temere iugula-
tio præsumi potest, ac cadauer sub fur-
cam trahi: nisi rursum, quod supra dixi,
contra commentariensem aliquid præ-
sumendum videatur. Si vero hæc auta-
lia manifesta signa non reperiantur,
præsumendum est pro cadauere uti di-
xi: potest quidem quispiam à dæmonc
suffocari, nec tamen ullum relinquisi-
gnum, nos tamen id esse factum arbi-
trari non possumus, nisi signa videa-
mus. Vtinam proinde superiores qui-
dam religionum, vel melius suos in his
talibus instructos emittant, vel ora im-
prudentibus obstringant, ne ex eadem
qua supra probatione, ut quemque in
carcere concidisse intelligunt, ipsi quo-
que vel inter primos clament, & in vul-
gus inspergant confractas eis esse cer-
uices. Sane nuper cum quædam mi-
serrium in modum torta, atque ite-
rum nihilominus in equuleum redu-
cenda, inter manus lictorum mortua
collapsa esset, atque in partem vnam
deflexisset caput, primus omnium re-
ligio.

cadauer repertum à se ipso vel dæmone iugulatū? 331

ligiosus, reorum Confessarius, exclamabat, dæmonem illi pessimæ Sagæ ceruicem obtorsisse. Quam fabellam (cum adderet quoque fæfemet vidisse collum eius penitus confractum) nemo non amplectebatur, tanto firmius, quanto minus à religiosis viris vel mendacium in re graui vel temeritas iudicandi tam insignis proficiisci posse suspicio est. Et nemo ad similia plura attendit? Quod si nunc ij quorum interest, rationem à Iudicibus petant eorum corporum, quæ hactenus velut à dæmons strangulata sub furcam infodi mandarunt, si & signa iubeant proferre quibus id sibi persuaserint, ac familias diffamarint, non aliter subsistent quam ij solent, qui de re examinantur de qua nulla eo usque cogitatio suborta eis est.

Dv.